AMBROSIUS MEDIOLANENSIS
Admont, 12. Jh.
Seite 77v
Quelle: https://manuscripta.at/?ID=26121
Copyright: Admont, Benediktinerstift

omnia lignia siluarum. Lignia semper florentia uiriditate mentis. sicut illud lig
num quod plantatum est secus decursus aquarum. cuius folium non defluit. et quia tot
ueo fructus exuberat. Hic igitur paradysus est. locus autem ei in quo est plantatus.
dir uoluptas. Unde Iscs dauid ait. Cetorrente uoluptatis tue pota
bis eos. Legisti enim quia fons exeden. procedit. et rigat paradysum. Hec igitur
sancta lignia quae plantata sunt in paradiso. quasi pfluo quidam torrentis spiritus ir
rigantur. de quibus etiam alibi ait. Fluminis impetus letificat ciuitatem dei.
Est autem ciuitas illa quae sursum est ierusalem liba est. in qua diuersa sancta mentis
pullularunt. In hoc igitur paradyso homine dns posuit quem plasmauit.
Intelligere etiam quia non eum hominem secundum imaginem dei esse posuit. sed eum secundum
corpus. Incorporalis enim in loco non est. Posuit autem in paradyso
sicut solet in celo expectantem regnum celorum. quemadmodum creatura ex
pectat reuelationem filiorum dei. Ergo si paradysus est in quo erant exorta
uirgulta. uidetur paradysus anima esse que multiplicat semen acceptum.
in qua uirtus una queque plantatur. In qua erat etiam lignum uitae hoc est sa
pientiae. sicut dicit salemon quia sapientia indeficta exorta est. de patre.
Et quia splendor lucis eternae. Emanatio omnipotentis gloriae. Erat autem lignum scie
ntiae boni et mali in paradyso. Sic enim habes quia potuit dns lignum spe
ciosum ad aspectum. bonum ad escam. Et lignum uitae in paradyso. et lignum scie
ntiae boni et mali. Postea uidebimus utrum et hoc lignum speciosum ad as
pectum. et bonum ad escam fuerit sicut cetera. Cum enim loci hoc oportunum dis
putabitur. quia homine ex hoc gustante ligno inuenimur esse deceptum.
Interim nichil habemus quod nunc reprehendere debeamus. Et si rationem scire
non possumus. Neque enim in hac creatura mundi sicut nobis difficilia intel
lectu uidentur. Et incomprehensibilia ingenio nostro temerario quidam de
bemus condepnare iudicio. ut creaturam serpentium uenenatique alicui
animantis. quippe homines qua ratione singula queque sint facta
intelligere adhuc Et scire non possumus. Sic igitur Et in scripturis diuinis non
facile reprehendamus aliquid quod intellegere non possumus. Sunt enim plu
rima quae non nostro ingenio metienda sunt. sed ex altitudine diuinae dispo